



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Simon Tridentin. M. 24. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

S. SIMON TRIDENTIN. M. 24. Martij.

**I**TETUM hodie impietas odii suis sanguine innocentis licavit, & cum Christi non potuit amplius, Christiani certe sanguinem fudit crudelis. Tridentum tragœdiam spectavit. Egere Iudæi, & principem Christi personam SIMON sustinuit, puerulus vix dum menses viginti novem natus. Matres omnes Tridentinæ illacrymarunt. Porro nomina præcipiorum carnificum sunt Moyses, Samuel, & Tobias, sancta nomina, sed improbissimi homines. Ex his Tobias, forte lusitabundum ad ædes paternas SIMONEM, & blanditiis captum pullum in domum Samuelis nequam vultur asportavit. Tum verò convolavit cum Moysè reliquum corvorum agmen: uvæ, poma, & id genus illecebræ primò objecta lacrymanti. Tum denudatum corpusculum & injectum, quod vagitum strangularet, collo strophium. Mox sceleris auctor Moyses è genis particulam carnis forficibus princeps aufert, inde alii atque alii succedunt. Idem in dextrâ tibiæ factitatum. Tum denique in formam Crucis extensa victria omnium stilis ac cultris præda cessit, & sanguis sicim cruentam restinctus crater exceptus est. Horam carnificina durat, cum SIMON è manibus tortorū in celos evasit. Hodie merito illi plaudit juventus, ut qui maxima patientem Christum tantillus nobis reculit.

*Ex Ioan. Matth. Tiber.*  
Sit tibi IESVS semper in corde, & nunquam imago Crucifixi ab animo tuo recedat: hic tibi sit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum, desiderium tuum; lectio tua & meditatio tua; virtus & mors, & resurrectio tua. S. Bern. in Form. Vit.

AN